



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j



25

I. N. J.
DISPUTATIO XXV.
**SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI**

Ex Titulis j. d. pæn. tem. litig. & d. Offic.
Jud. iisq; Titulis π. C. Just. Theod. βασιλικ.
& ✕. respondentibus.

Quam
P R Æ S I D E
**JOHANNNE CHRISTO-
PHORO Volk /**
J. U. D. & P. Secund.

JOH. CHRISTIANUS DIETERICI,
Vratislaviâ Silesius.
R E S P O N D E N S
publicè defendet
IN AUDITORIO MAJORI
A. clb. lbc. LXXXII.

REGIOMONTI,
PRÆLO REUSNERIANO.



I.

It. 16. & 17. j. Lib. 4. respondent L. 22. T. 1. L. 42. Tit.
1. C. j. L. 4. T. 32. & 33. Lib. 7. T. 51. 45. 52. 48. 42. 46. 47. 43.
44. 49. 57. 58. 60. 65. 54. 55. C. Theod. Lib. 4. T. 16.
17. 18. 19. Bas. L. 23. L. 9. T. 3. & L. 1. T. 2. 9. T. 29. 31. 32.

II. Continentur in his Titulis t. pænæ in te-
merè litigantes constitutæ t. t. j. d. pæn tem. litig. t. t.

π. & βασιλ. d. usur. fruct. & om. acc. & mo. t. t. C. j. & Theod. d. fruct. &
lit. imp. 2. munus judicis t. t. j. & d. Officiò judicis t. t. & d. off. jud. or-
din. t. t. & d. Offic. & pot. jud. deleg. t. t. π. C. j. Tb. & βασιλ. d. Re judicata
t. t. C. j. & Tb. d. Us. rei jud. t. t. C. j. & Tb. d. Sent. ex peric. recit. t. t. C.
j. d. Sent. & Interloc. jud. Si à non comp. jud. d. Sent. præf. præf. d.
Sent. qu. sin. cert. quant. d. Sent. quæ pro eo qu. Quomod. & quand.
jud. d. pæn. jud. qui malè jud. Commin. epist. Si ex fals. instrum. In-
ter alios act. vel judic. Quib. res jud. non noc. Si plures un. sent.

III. Quietem & tranquillitatem publicam nihil magis tur-
bat quam multitudo frequentiaque litium, propterea interest Reip.
lites diminui l. 2. d. Usucap. l. 2. d. Reb. Cred. & verecunda ejus co-
gitatio esse dicitur qui lites execratur l. 4. §. 1. d. Alien. jud. mut. caus.
is vero qui temerè in litigia ruit modo pecuniaria pænâ modo juris-
jurandi religione modò infamiæ metu coërcetur pr. j. d. pæn. tem. li-
tigant. Jusjurandum omnibus qui conveniuntur defertur, nec reus aliter
suis allegationibus uti nec Actor litem intendere potest, nisi alter pri-
us juraverit quod putet se bona ratione niti ad contradicendum l. 2.
C. d. jur. propt. lit. l. 14. §. 1. d. jud. alter vero quod putet se bonam
causam habere. Nemo enim adeo immemor divini timoris præsu-
mitur ut salutis propriæ ullum commodum anteponat l. 6. C. Ad L.
Jul. rep. Ex veteri quadam Lege Remmia calumniatoribus pænâ
irrogatam fuisse ait JCTus in l. 1. §. 2. ad Turpil. cujus Legis men-
tionem facit & JCTus in l. quæsitum 13. d. Testib. Nec dubitandum
ad calumniam admissam in judiciò publicò illam pænâ pertin-
uisse. Pitheus in not. ad collat. L. L. Mosaic. Calumniatoribus inquit
ex Lege Remmiâ, sive quâ aliâ frontem inuri solitam, ideo homines
integræ frontis opponuntur hominibus quibus frons est inusta d. l.
13. d. Testib. Huc facit Orat. Cic. pro Rosc. Amer. in qua Accusatores
calu-

A

calu-

calumniolos insectatur, in quos & ista crura *inquit* Vobis nemo suffringet, sed si ego hos bene novi, literam illam cui Vos ejusq; inimici estis, ita vehementer ad caput adfigent, ubi *Pitbeus* putat intelligendam esse literam *K.* quod *ille* bene confirmat adducto loco ex *Juliani Apostata Misopogone in Antiochen.* ubi cum illis objicit quod literam *K.* desiderarent significans Imperatorem Constantium, *mox subjicit.* utinam Dii Vobis dent duplex *KK.* quod vicinas urbes calumniati fuerint *Antiochenses,* haud dubie respiciens ad pœnam illius calumniæ per inustionem istius literæ, veteres enim Calumniam per *K.* scripserunt. Toto titulo *D. d. Calumn.* coercentur Calumniatores vel Calumniaturi qui acceperunt pecuniam ut negotium alteri per calumniam facerent, aut ne facerent. Nam licet honestum sit non facessere negotium, tamen ut facias quod per se honestum est, aut abstineas ab eò quod inhonestum est, pecuniam accipere turpe est; quâ de causa in *l. 7. §. 3. d. pact.* nulla dicitur esse obligatio, si promissum sit, ne maleficium fieret. Et præterea qui pecuniam accipit ne calumniatur satis ostendit se animû & proximam actui calumniandi intentionem habuisse, & meretur proinde ita coërceri. Non enim est nudum propositum cum accesserit ipsum factum improbum quod versatur in accipiendo. Actio intra annum in quadruplum datur *l. 1. in pr. d. r.* quæ non est mera pœnalis sed mixta *Hott. ill. q. 29.* in hæredes non datur nisi quat. ad eos pervenit *l. 5. in pr.* nec heredi datur *l. hæc actio q. h. t. Bachov. in Comm. x. ad Tit. d. Calumn.* Hodie vero obtinet adhuc juramentum calumniæ quod pœna dicitur esse, non ut aliqua corpori infligatur, sed ut litigans coërceatur metu religionis & præstatur de credulitate bonæ causæ *N. 50. l. 2. C. d. jurej. propt. cal. dand.* Quoniam vero litigantes non semper per se, sed plerumque per Procuratores & Advocatos causas suas agunt jura constituerunt ut hoc juramentum non tantum personis litigantibus *id est* ab Actore & Reo præstetur verum etiam ab ipsorum procuratoribus & Advocatis *l. 2. §. Sed quia veremur C. d. jurej. propt. cal. dand.* Jure nostrò *Provinciali* juramentum calumniæ generale sublatum est, speciale vero in casibus eodem jure tantum expressis approbatum *P. l. X. L. 1. T. 32.*

IV. Quod ad pœnam pecuniariam attinet, ea locum duntaxat habet,

in iis omnibus actionibus ex quibus plus præstatur quam simplum
rei cujus occasione lis movetur §. *in duplum* §. *tripli.* *quadrupli* j. d.
A. Est vero alia pæna pecuniaria quæ regulariter in omnibus cau-
sis locum habet, ut damna & impensæ litis restituantur præviâ ta-
men moderatione Judicis, idque fieri solet ex tribus causis, qua-
rum una est retardati processus l. *sancimus* C. d. *jud.* Altera contu-
maciæ l. *properandum* §. 1. & 2. C. d. *judic.* Tertia Victoriæ, quarum
illæ duæ in ipsò processu nondum conclusione facta à partibus po-
tissimum spectari solent, hæc in sententia judicis definitivâ quâ fi-
nis liti, ejus instantiæ respectu, imponitur d. l. *properandum* §. *sive*
autem. Quandoq; fit ex causis judicem ad expensas compensandas
moventibus, vel etiam expensis tacite in sententia præteritis. Cau-
sas compensationis oportet esse justas N. 82. *Gail. l. 1. o. 151.* Tacite
autem prætereuntur si non fuerint petitiæ. Quondam Victor prius
jurabat, & juratas prius taxabat l. 15. C. d. *Jud.* Sed hodie via per-
juriis obstruitur & taxatione præmissa Victor juramentum præstare
tenetur se non infra quantitatem à Judice definitam expendisse *Co-*
varr. præct. q. c. 27. inf. Gail. 1. o. 151. n. 11. & o. 202. n. 11. Carpz. J. F. p.
1. C. 31. def. 1. P. l. R. L. 1. T. 43. a. 2. §. 4. Tertia pæna temere litigan-
tium est infamia, gravior pæna pecuniaria quo gravior est jactura
famæ quam pecuniæ l. *si in duobus* 105. *π. d. R. J.* Ex quatuor Contra-
ctibus notantur nempe depositi mandati Societatis & Tutelæ. Non
vero ex Contractu Empti Locat. Commodat. &c. Deponens fidem
elegit depositarii, cui totum permisit, at non ita commodans qui
forte Amico roganti non ausus fuit negare, quanquam aliàs majo-
ri odio dignus videatur qui beneficium accepit & gratuitum usum,
& tamen fidem rumpit, in hoc tamen Depositarii conditio est duri-
or, cum is vix ob dolum conveniri possit, nisi culpæ latæ quæ dolus est
reus sit, vel depositum neget, cujus inficiatio turpissima est, quod
amici fidei & conscientiæ fuit relictum & cum nullo colore custo-
diam quam habet negare queat, ideo iniquius est negare depositum
quam mutuuum *Arist. problem. sect. 29. q. 2.* Sic etiam qui pupillos suæ
fideicommissos fallit notâ ista dignus est. Et jam olim judicium tu-
telæ famosum fuisse constat ex *Cic. 1. de Orat.* ubi turpe judicium tu-
telæ appellavit. De Actione pro Socio idem *Cic. d. re Orat. pro Sext.*

A a

Rosc.



Rosc. In rebus minoribus socium fallere turpissimum est & æquè atque illud de mandatò : Majores eum qui socium fefellisset in Virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Fiunt etiam ignominiosi damnati judiciis furti, Vi bonorum raptorum injuriarum de dolo §.2.j.d.p.en.tem.litig. Itaq; ex delictis & ex his quatuor Contractibus condemnati fiunt infames non vero aliis non enumeratis actionibus aliàs frustra quatuor Actiones ex Contractu positæ fuissent *Don.l.18.comm.8.Coras.4.misc.19 n.6. Vultej. & Bachov.in Comm.j.ad h.s.*

V. Ad justitiam obtinendam non sufficit actorem & Reum suis quemq; partibus probe defungi, sed requiritur quoq; ut judex munus suum rectè exequatur *Plato lib.12.d LL.* Judicii principalis persona est judex. Judicium enim velut aliquod totum suis constat partibus personis causis & ordine procedendi. Personarum quædam necessaria seu principales, quædam accessoria seu adjuvantes sunt. Hæ sunt quibus judicium sua natura carere potest, ita ut licet non adsint, non minus vigor judicii consistat quæ partim Judici ut Assessores Tabelliones Actuarii, partim litigatoribus ut testes Patroni causarum & Curatores adsunt & inserviunt. Illæ sunt quæ in limine cujusvis judicii necessariò versantur; ita ut unâ earum dempta judicium mutilum reddatur inter quas & judex numeratur *l.62.π.d.jud.l.13. § 2.C.cod.* Si enim citra judicem in sua causa sibi quisq; jus diceret, quid non sibi permisissent vel potentiores in infirmos? vel veteratores in simplicis veritatis cultores? Imo quæ non Tyrannis ex eâ licentia obvenissent *Claudius Canticunc. lib.1.c.2. d.offic.* In propria causa etiam plerumq; cæcutimus, cum quilibet plus sibi quàm aliorum utilitati studeat; Ipsa quoq; civilis ratio adverteatur ut idem vice partis & judicis simul fungatur, ac sibi ipsi imperet vel prohibeat *l.13. §.4. π. Ad SC. Trebell.* Summa itaq; in judiciis bene constitutis est necessitas cujus nominis in Rep. Ebræorum tantus honos fuit, ut diu ipsi duces, qui populo summo cum imperio præerant non Reges sed Iudices appellarentur, quorum officium præcipue est ne aliter judicent, quam Legibus aut constitutionibus aut moribus proditum est, incumbit eis judicare secundū utrumq; jus scriptum & non scriptum §.3.j.d. J.N.G. & C. l.13.d. Sent. & Interloc. omn. jud. §.9 j.eod. quia diuturni mores consensu

sensu utentium comprobati legem imitantur *l. 32. π. d. LL.* Quò spe-
ciat Baldi dictum: *Conscientiam Legis vincere Conscientiam hominis*
in c. Cleric. ð d. Vit. & honest. Cler. Sunt vero prò jurium diversitate
varia judicum genera. *Jure Civili* alius est qui habet JCTIONem, alius
qui habet tantum notionem seu cognitionem *arg. l. pen. D. d. judic. l. 5.*
pr. π. d. Re jud. l. f. pr. C. Ubi & ap. qu. cognit. l. 99. π. d. V. S. Ille vocatur
Magistratus qui vi suæ Jurisdictionis Judices dabat & quicquid ab his
judicatum erat vel pronunciatum postmodum exsequebatur *l. 15. pr. π.*
de Re jud. veluti Prætor in Urbe: Præses in provinciis qui per se JCTIONi
præfunt, Judex à Principe datus qui ejus beneficio aliquam potestate præ-
ditus est *l. 1. & 81. π. d. jud.* Hic dicitur cui mandata est JCTio non pro-
pria sed aliena, non Lege data sed confirmata, quam beneficio alterius
exercet ejusq; partibus fungitur ut judex datus *l. 46. D. d. jud.* qui nuda
notione sine imperio & potestate exequendi gaudens negotium à Magi-
stratu sibi commissum terminare potest lata sententia *l. f. C. Ubi & ap.*
qu. cognit. l. 3. C. d. pedan Jud. Venit quoque nomine specialis judicis
l. f. π. d. Offic. Prætor. Delegatis in *l. 5. C. d. jud.* item pedan ei à loco scilicet
quia non in tribunalibus aut sellis curulibus sed ad pedes in subselliis
inferioribus considebat *Gell. l. 14. N. A. c. 2.* Ab his differt Arbitrator seu Ju-
dex ex compromisso sumptus *l. 8. π. d. Jud. t. t. d. recept. arb.* Distin-
guitur ob *l. 76. D. prò Soc.* Arbitrator in specie sic dictus qui libero par-
tium consensu electus est & instar Judicis servato juris ordine litem
arbitrio suo dirimit *l. 1. & 13. §. 2 π d. Recept. Arb.* ab Arbitratore seu a-
micabili compositore & mediatore prævio partium consensu juris so-
lennitatibus non observatis absq; pænæ tamen stipulatione contro-
versiam ex æquo & bono componente *Gail. l. o. 150. n. 2.* Sed hæc disti-
ctio non placet *Coras. lib. 4. Miscell. 18.* & *Bachovio in notis ad Treutl.*
Vol. 1. Disp. 12. §. 4. lit. F & Cöment. ad π. Tit. d. Recept. arbitr. Jure Cano-
nicò alius Judex est ordinarius qui propriam JCTIONem habet vel à summo
Pontifice sibi concessam; Non tamen per Rescriptum quo Papa man-
dat ordinario ut corrigat Clericos suæ Diocesis datur ei JCTio super
exemptos *c. 19 ð d. Offic. Jud. Ord.* Alius delegatus qui JCTIONem non
suo jure sed ab alio sibi mandatam habens eam alterius nomine exer-
cet, ejus videlicet qui causas ad forum suum spectantes vel devolutas
cognoscere & dirimere aut non vult aut non potest. Si delegatus Papæ

A 3

subde-

subdelegat non in totum pars à subdelegato non poterit appellare, ex eo quod datus sit sine consensu suo, potest tamen recusari in ostendendo causam justam coram delegato & tunc delegatus definiet, à quò etiamsi noluerit recusationem admittere appellatur ad judicem. *c. 27. d. offic. & potest. jud. deleg.* Non tantum de causa mandata sibi cognoscere & judicare sed etiam punire contumaces actorem vel Reum & quemlibet alium impediens, quò minus Jctio progressum habeat *c. 15. 11. & c. 29. d. r.* Item sententiam à se in causa delegata latam intra annum exequi imò & cogere ordinarium judicem v. gr. Episcopum ut sententiam mandet executioni, saltem si sit summi Pontificis vel Principis delegatus de quo canones ferè loquuntur *c. 7. 26. & 28.* Quanquam neque aliud videatur sentiendum esse de delegatis ordinariorum qui totam Jctionem causarum seu universitatem sibi demandatam habent.

V I. A munere judicario removentur Natura 1. qui usu rationis & vi judicatrice planè destituti sunt *l. 14. π. d. offic. presid. l. pen. C. d. Cur. Furios.* quanta enim insania foret ei judicandi vices committere, cui nulla voluntas *l. 40. π. d. R j.* cui nullum animi judiciù qui mente caret *§. 1 j. quib. non est perm. fa. Test.* Qui vero dilucida intervalla habet sententiam dicere potest, cum suæ est compos mentis *l. 39. π. d. Judic.* 2. Impuberes quibus vis judicandi tantum potentià inest *l. 12. π. d. Judic.* An vero minores judicandi officio defungi queant? Decidit *Bronchorst. cent. 1. c. vav. 10 φ. Assert. 65.* Ob vitium corporis arcentur 1. Surdi *d. l. 12. §. 2. π. d. Jud.* qui litigantes disceptantesq; audire nequeunt. 2. Muti qui nihil planè eloqui possunt *d. §. 3 j. Quib. non est perm.* quia non possunt cognita causa interloqui recitare sententiam, nonnunquã testes interrogare, quæ ob loquendi defectum probe expediri haud queunt *t. t. C. d. Interl. omn. jud. t. t. C. d. Sent. exper. recit.* Cæcus ad magistratum quidem novum adspirare prohibetur judicandi tamen officio fungitur *l. 1. §. 5. π. d. postul. l. cæcus 6. π. d. jud.* Lege prohibentur esse Judices 1. qui Senatu moti sunt propter turpitudinem ex sordibus vel quacunq; alia causâ *d. l. 12. π. d. Jud. l. 2. π. d. Senat.* 2. Illiterati qui juris & Legum sunt imperiti *N. 82 pr.* Non obstante *l. 17. C. d. Judic. Bronch. cent. 1. c. vav. 10 φ. assert. 64.* Si enim jus dicere imperitis juris conceditur imperitia male judicantis impunè ferenda esset *contral. f. π. d. Extraord.*

ord. cogn. pr. j. d. Oblig. quæ ex quas del. nasc. Ratione suspicionis prohibentur pauperes, ii quippe qui ita tenues atque exhausti sunt ut nec publicis honoribus pares esse nec victum de suo sustinere queant *l. 6. pr. π. d. Mun & Hon.* Verendum nè tales iudices non tam rationem muneris quam munerum habeant *Muret. in Orat. d. Auth. & Off. Jud.* Homines valde pauperes propter egestatem venales sunt *Arist. l. 7. Polit. c. 14.* hoc tamen non ad pauperes integræ existimationis probatæ fidei & eruditionis extendendum est *arg. §. f. j. d. Susp. Tut. 2.* Is qui ab altera parte nominatim petitus est *l. 47. π. d. Jud. 3.* Quisq; in sua causa Judex esse prohibetur *l. 17. π. d. Judic. l. un. C. Ne quis in su. caus. jud.* adeò ut nec Uxori nec liberis suis jus dicere permissum sit *l. 10. π. d. juris d.* Potest tamen iudex esse pater in causa filii & filius in causâ patris, si litigantes consentiant in talem iudicem. Magistratus enim omnibus jus dicere debet, nec etiamsi velit personam Magistratus vel iudicis deponere potest *l. prator 13. §. qui autem 2. d. Vac. & Excus. mun. E.* jus etiam dicere debet suis quia tunc quoque magistratus est *l. SCto 16. d. Offic. Præs. l. ille à quo 13 §. ult. Ad SC. Trebell.* Dissentit *Job. Corasius lib. 4. miscellan. jur. civil. c. 9. n. 2.* Cui responderi potest ex *l. quin etiam 6. d. Recept. qu. arb. recep.* ex quâ apparet eandem quæstionem de Arbitro agitatam fuisse à veteribus, quem tamen litigantium consensu eligi dubitavit *Duaren. lib. 1. Disput. anniver. c. 51.* Nam non rarò subesse possunt circumstantiæ quæ movere possunt adversarium ut is filium de re patris, & patrem de re filii iudicem admittat, vel quia ipsi negotium rectius quam alii cognitum sit vel quia multum probitati & iudicii integritati ipsius confidat: Si litigantes exceperunt contra personam patris vel filii tùm prohibetur quia pater non caret suspitione affectionis qua perperam ut plurimum in iis quæ ad se vel suos pertinent homines iudicare solent. Nam ut *Cyprian. lib. 4. epist. 9. ad Papian. ait:* quisq; sibi favet nemo contra se mala dicit. Est quoq; pater & filius una persona *l. ult. C. d. Impub. & al. Subst.* filius pars corporis paterni prohibetur *l. cum scimus 22. §. 1. C. d. Agric & Cens. lib. 11.* Vox patris dicitur vox filii & contra *§. si quis 4. j. d. Inut.* quod patri placet etiam filio placere videtur *l. si operarum 30. π. d. bon. Libert. & filio facta injuria patri facta esse censetur l. 1. §. 5. π. d. Injur. Ungep. Ex. 16. q. 4.* Lex prohi-

prohibet 4. Sacerdotes esse iudices in rebus politicis seu secularibus *l. 23. C. d. Testam. t. t. § d. Cler & Monach. neg. Sec. se immisc. Treutl. V 1. d. 12. § 9. lit. A.* 5. Excommunicatos *c. ad proband. c. 24. § d. Sent. & Re jud.* 6. Bannitos qui pro mortuis habentur *Gail. l. 2. d. P. P. c. 1. n. 26.* 7. Hæreticos eorumq; receptatores *Auth. credentes C. d. Hæret. & Manich. cap. excommunicamus 13. §. credentes § d. Hæret.* 8. Infames *c. infamis 1. c. 3 q. 1.* quia iudicandi munus dignitas quædam est cum honore conjuncta *l. 2. π. d. Off. Ass.* Moribus quoq; in habiles censentur mulieres *l. 13. § 3. π d. judic.* quia receptum est ut civilibus officiis ob sexus imbecillitatem non fungantur *l. 2. π. d. R. J. l. 2. §. 2. π. ad. SC. Vellej. l. 22. C. eod. l. 19 π. d. Offic. Præsid. l. 11 pr. π. d. pæn. & Servi qui Juris Civilis sunt expertes d. l. 12. l. 32. π. d. R. J. l. 209. eod. l. 2. §. 2. Ad L. Aqv.* Jus nostrum provinciale requirit personas pietate integritate & prudentia conspicuas, easque ætate perfectâ tum legitimè & honestis parentibus prognatas, prohibet verò proscriptas, infames & inhonestum vitæ genus amplectentes; prohibentur quoq; eodem jure duæ conjunctæ personæ esse in uno iudicio usque ad secundum videl. consanguinitatis & primum affinitatis gradum *P. & N. L. 1. T. 2 A. 1. §. 1.*

V II. Judex semper Conscientiæ rationem habere & ubiq; boni & innocentis officio fungi debet *l. 4. §. 1. π. F. E.* omnemq; lapidem movere tenetur ut iudicis injusti & avari notam effugiat, deq; se prædicet quod *C. Grachus* ait: *Ita versatus sum in provincia ut Nemo verè dicere possit assem aut eo plus in muneribus me accepisse, aut meâ operâ quenquam sumptum fecisse A. Gell. Noct. Att. lib. 15. c. 12.* Hanc vero notam effugere nequit Judex qui argentangina laborat, & pecuniam vel quodcunq; aliud munus accipit vel qui sibi pecuniam vel aliud aliquod munus promittendum curat *Auth. novo jure C. d. pæn. jud qui malè judic. l. 4. C. Ad. L. Jul. Rep.* Ideo etiam acceptatio generalis promissionis illicita est, ut & talis protestatio iudicis contra promissionem: *Ego accepto tuam promissionem quatenus est generalis & licita, sed quatenus est specialis & illicita renuo illam.* Redolet enim ejusmodi conventio, acceptatio, vel protestatio speciem nundinationis & Contractus alicujus de justitia rectè riteq; exercenda administrandæ quæ omnia jam iudicis officio innexa sunt, ita ut omne Contractus velamentum excludant. Nec litigantium antidoralis obligatio

gatio nec Judicum civilitas talem acceptationem excusant, quia Judicibus ex publico salaria constituuntur *N. 17. c. 5. §. 2. c. 16. d. præb. Tholos. d. Rep. lib. 2. c. 6. n. 16. §. 18.* Civilitas vero nulla est, quæ Conscientiæ scrupulum aliquem injicit, non acceptare promissa sed iis indignari tenetur judex conscientiam rationem habens & in hoc imitari debet exemplum *Germanici* qui teste *Tacit. lib. 1. Ann. faustis* omnibus & si vellet imperium promittentibus militibus ita succensebat, ut tum quasi scelere contaminatus præcepit Tribunali desiluerit, & se moriturum potius quam fidem exueret clamitaverit Pugnatur hæc urbanitas cum juramento Judicum quod perinde æstimandum ac si Jovem fefelissent, ideo horrendas diras & imprecationes continet *N. 8. t. 3.* Si non omnia servaverint recipiant hic & in futuro Seculo in terribili judicio magni Domini Dei impietatis poenas, & habeant partem cum *Juda & lepra Giezi & tremore Cain.* Deorum injuriæ enim Diis curæ sunt. Sed quid de esculentis & potulentis statuendum est? quæ diebus proximis prodiguntur *l. 18. d. Offic. Præs.* quoniam verò & ex eduliis periculum corruptionis imminet, ideo potius vitanda quam avidè sectanda sunt exceptisq; salariis nihil ab iis accipi debet *N. 8. c. 1. N. 30. c. 6. §. 1.* Quod textus obstantes attinet *l. 6. §. 3. d. Offic. Procons. l. 18. π. d. Offic. Præs. ii de aliâ prorsus & diversa munerum oblatione loquuntur.* Nec directus hic corrumpendi modus Jure Romano tantum improbatum verum etiam obliquus *l. 1. verb. non solū quod ejus domesticus sed manipularius & minister acceperit C. Ad L. Jul. Rep. l. 2. verb. nec refert ipse pecuniam acceperit an alii dari jusserit vel acceptum suo nomine ratum habuerit π. d. Calumniat.* Sic etiam mariti Pro Consules apud Romanos tenebantur ex delictis uxorum, si eas comites habebant *l. 4. §. 2. π. d. Offic. Procons.* Nec tantum prohibitum est in causâ injustâ accipere aliquid, sed etiam in causâ justâ, licet uterque honestum intendat finem. Judex dum secundum jura pronuntiat in justa causa, & donans dum hoc modo petitis potitur. Jura tamen etiam in hoc casu notant turpitudinem *l. 2. §. ult. π. d. Cond. ob turp. caus. l. 4. π. Ad L. Jul. Repet. l. ult. C. eod. l. 1. C. d. pen. jud. qui male jud.* Sicut matrona vel virgo suspectam facit pudicitiam, quando ab adulteris dona accipit, & sensim pudoris obliviscitur, sic judices assuescentes muneribus pro maturando processu & justitia administranda abduci se patiuntur in causis injustis, ac assuescere possunt ad protrahendos quoscunq; alios processus. Illicita quoq; donatio est post latam sententiam *l. ult. C. Ad L. Jul. Repet. l. 4.*

B

π. eod.



π. eod. l. 1. §. 2. π. d. Calumniat. Nec hic locum habent quæ de remuneratione objici solent, nam remunerationem antecedit beneficium, iudices vero in justa & bona causa non præstant beneficium sed officium, ad quod tenentur etiam invitati, nisi de Syndicatu conveniri velint litem male judicando suam facientes *l. ult. π. d. Extrord. Cogn. P. & R. L. 1. T. 5. §. 4.*

VIII. Iudex non aliter judicare potest, quàm Legibus aut Constitutionibus aut moribus proditum est, quia iudex non est Legislator cujus est Leges ferre, sed minister Legum quas ad factum applicare & ita sententiam ferre tenetur *pr. j. d. Off. jud.* quid si non secundum leges fecerit tum pænæ malè judicantis obtinent, inter quas sententiæ nullitas est à qua provocari non est necessarium *l. 2 C. Quand. prov. non est necess. l. 1. §. item cum contra D. quæ sent. sin. appell. rescind.* Ideoq; si noxali iudicio aditus est alternativè Reum condemnare debet ut noxam aut dedat Servum, aut pecuniam solvat *§. 1. j. d. t.* Si in rem actum sit & contra petitem sententia ferenda absolvitur possessor si contra possessorem jubet eum restituere petitori rem cum omni causa i. e. omni eò quod habiturus fuisset si tempore litis contestatæ facta restitutio fuisset *l. 17. §. 1. l. 20. d. R. §. 1. l. 75 l. 81. d. V. S. e. g. fructibus sed cum distinctione an sit bonæ vel malæ fidei possessor, hic omnes fructus sive perceptos sive consumptos, sive extantes sive separatos vel eorum æstimationem restituere tenetur §. 35 j. d. R. D. l. 25. §. 3. l. 11. §. 1. π. d. H. P.* Incipit autem bonæ fidei possessor post litem contestatam m. f. p. esse *d. l. 25. §. 7 l. 10. §. 11. d. Pet. Her.* quia tum scit rem suam non esse repetente eam vero Domino & ita bonâ fide excidit *d. l. 25. §. 7. Ant. Matth. in not. ad. h. §.* putat verba post inchoatam posse explicari post motam controversiam *l. Sed etsi 25. §. Si ante litem D. d. H. P.* Tantùm enim abest ait ut Litis Contestatio requiratur, ut vel statim fructuum ratio haberi debeat, quam possessor cognovit rem esse alienam *l. qui bona 23. §. 1. l. questum 40. l. bonæ fidei 48. §. 1. d. A. R. D.* bona enim fides parit acquisitionem fructuum, quamprimùm igitur mala fides supervenit acquisitio expirat. Rectè tamen terminus à quò talis cognitio est præsumenda constituitur Litis contestatio. Si ad exhibendum actum fuerit non sufficit si exhibeat rem is cum quò actum est sed opus est ut rem exhibeat cum sua causa, id est, cum partu fructibus & quâcunq; utilitate quam Actor habere potuisset, si tempore litis contestatæ exhibita res fuisset *§. 3 j. d. Offic. jud. l. Julianus 9. §. 3 §. 5. π. Ad Exhib.* Itaq; condemnatur
Reus

Reus si vel non in eadem causa exhibeat, ut si rem inter moras judicii
usucaptam exhibeat Reus sive à tertio sive à seipso *d.l.9. §.6. Ad Exhib.*
nam ex ratione, juris veteris etiam post litem coeptam & contestatam
impletur Usucapio *l.18. §.20. d.R.V.* Vel si non omninò exhibeat ad o-
mne interesse condemnatur *d. §.3. j.* aliquando quanti in litem Actor
juraverit *l.5. in pr. d. in Lit. jur. l.3. §.2. Ad Exhib* quod probabiliter tum
admissum fuit ubi quis jure Domini rem petiit exhiberi *Bach. in Com.*
j. ad d. §.3. Ita quoq; secundum Leges in judicio *F.E.F.R.* & omnibus
reliquis causis versari tenetur judex *§.4. §.5. j.* ut iis nec mitior nec
durior sit, quia damnatio est judicis poena autem ipsius Legis *l.1. §. quo-*
rum 4. D. Ad SC. Turpil. quanquam hic *distinguendum* sit inter delicta
quæ Lex nominatim infamia notat, ob tale delictum Decurio ordine
motus etiam expletò Relegationis; tempore ordinem suum non reci-
pit, sed remanet infamis *l.3. D. d. Decur. & delicta*, in quibus quis infamiam
incurrit non ipsò factò crimine nempe commissò sed per sen-
tentiam latam de eò crimine *l. infamem 7. D. d. pub. jud.* Si aliquis ca-
lumniam causam accusetur ad hoc ut infamiam incurrat, non sufficit cri-
men commissum sed à Judice calumniam causam damnatum. Unde si
in criminibus hujus generis judex majorem poenam quam Lex impo-
nit, statuerit, veluti si Lex parte bonorum multet, judex autem ordine
moveat ad tempus vel releget quæ poena gravior est, tunc Reus non no-
tatur infamia, ob hoc quod relegatur ad tempus, neq; expleto tempo-
re videtur esse infamis, quia cum Reo videtur transactum de fama quasi
Transactio intervenerit ut Curia abiret illas existimatione *l. quid er-*
go § pen. grav. D. d. his qu not. l. in servorum §. fin. D. d. pen. Si vero pæ-
nam minorem judex imponat contra *N. 82. l. 65. C. Th. d. Heret. §. l. 8.*
C. ad L. Jul. d. Vi pub. non potest efficere, ut damnatum non sequatur in-
famia quia poena non est in potestate judicantis, sed provenit ex Lege,
quæ voluit eam poenam satisfacere Reipub. delinquentem emendare & ali-
os exemplo terrere *l. si poena 20. D. d. pen l. bona fides 31. D. Deposit. Ele-*
ganter Symmach. lib. 10. epist. f. Alia est enim conditio magistratuum
quorum corruptæ videntur esse sententiæ si sint legibus mitiores: alia
Dominorum Principum potestas, quos decet acrimoniam severi juris
inflectere *Fr. d. Amaya Comm. in lib. 10. C. T. 57 n. 20 21 22.* Jure Provincia-
li Prut. *L. 1. T. 4. §. 4.* injungitur judicibus ne ex cerebrinâ conscientia sen-
tentiam ferant, sed ut id solùm respiciant & decernant, quod Jure Pro-

vinciali, Ordinationibus, Decretis, Constitutionibus Religionis & pacis publicæ ac honestis statutis dispositum, vel moribus ac laudabili Consuetudine introductum, Privilegiis denique à Principe concessis consentaneum est.

IX. Ut autem iudex secundum jura ac Leges pronuntiare queat Facti speciem sibi perspectam reddere tenetur. Ex facto enim patescit qualitas intentionis tam Actoris quam Rei, unde jus oritur *l. si ex plagis 52. §. in clivo 2. Ad L. Aq. ac justa & æqua sententia l. ut responsum 15. C. d. Trans.* Facti autem species eruitur ex libello Actoris, Litis Contestatione vel Exceptione Rei & utriusque partis Attestatis ad Articulos probatorios & reprobatorios, ac ex aliis instrumentis. Cognitâ specie facti *forma processus* attendenda erit, ubi dispiciendum est, an partes quæ præsentibus sunt in iudicio stare possint, vel non? ut minores *l. in universis 11. C. Qui dar. Tu. vel Curat.* an Curatores Tutores vel Procuratores aliive eorum nomine agentes aut respondentes personas suas legitimaverint & mandatum bene se habeat, vel totum vel saltem in iure aliquo deficiat. Considerandum quoque an sua sit Jurisdictio, incompetens enim iudicis sententia litigatorem non stringit *l. ult. C. Si à non comp. jud. sicut Impp. Grat. Valent. & Theod. scripserunt: ne quenquam litigatorum sententia non à suo iudice dicta constringat l. 2. C. Th. d. Re jud.* Præterea substantialia Processus asservabit nempe *libelli oblationem N. 53. c. 3. §. 1.* & quidem non inepti *Gail. 1. o. 61.* in quo factum eiq; subijuncta petitio cum medio concludendi continetur *arg. l. 1. in pr. §. 1. π. d. Edend. Citationem* & an Citatus totam litem, an vero pro sua portione litem suscipere teneatur? *Berlich. l. 1. concl. 19 n. 35.* Litis Contestationem quæ est fundamentum & lapis angularis iudicii *Salicet. ad Aurb. offeratur C. d. Litis Contest. Term. in proc. c. 208. P. & X. L. 1. T. 31. §. 1.* *Fundamentum calumnie* ab initio litis exactum cui partes renunciare non possunt *l. 2 §. 4. C. d. jurej. Conclusionem* ne invalida & nullius momenti sententia feratur *Mynsing 3. o. 17.* Observatis *formalibus* excutiet *materialia* causæ ex Actione, quâ erunt indagabit *substantialia* intentatæ Actionis *requisita*, deinde ex *Actis* suscipiet *examen probationum*, & utrum status causæ satis sufficienterque probatus ab Actore ex *confessione* adversarii *l. un. C. d. Confess.* quâ præsuppositâ cessat Processus ordinarius & succedit executivus qui etiam locum habet in instrumento guaranteegiatō clausulis executivis munito in mandatis monitoriis aliisque. Vel ex *dictis Testium instrumentis* tum publicis tum
priva-

privatis *l. 31. C. d. Don. l. omnium 19. C. d. Testam. Menoch. lib. 1. praef. q. 65.*
 oculari inspectione seu *Obductione. Mascard. d. prob. v. 1. concl. 8. Wes-*
senb. cons. 58. n. 14. Berlich. vol. 1. concl. 47. Si autem actionis intenta-
 tae requisita ab Actore sint probata Judex inquiret, utrum ea per Rei
 defensionem & Exceptionem elisa sint, nec ne? quod si ex defensione
 Reprobationeque Rei elisio Actionis patet absolutio locum habet.
l. 2. §. 2. d. Except. quando elisio cessat & Actio fundata est causa satis
 discussa curare debet, ut sententiam certam & claram § 22. *j. d. Act.*
 Libelloque conformem proferat *l. 1. π. d. Except.* quam de scripto re-
 citari oportet *l. 1. C. Th. d. Sent. ex per. recit l. 3. C. j. eod.* si non
 de libello recitata est non valet *l. 4. C. Th. eod.* quando vero ex pe-
 riculo recitata est ab eodem iudice augeri vel minui nequit *l. f.*
C. Th. eod. haec enim *synonymicè* dicuntur *de periculo, scripto, tabellis*
vel libello sententiam recitare *Tertullianus Apologetico.* Quid de ta-
 bellis recitatis illum *Christianum Apulejus Floridorum 1. circ. fin.* E-
 nimvero ipse Pro Consul moderatâ voce rarerent & sedens loquitur
 & plerasq; de tabella legit. *Et mox: Pro Consul Tabella sententia*
est. Non probari potest opinio *Salmasii in Hist. August. & de mod.*
usur. c. 15. ubi sui periculi iudices vocari censet, à quibus appellare
 non liceret, quibusq; liberum esset quam vellent ferre sententiam, &
 sic sui periculi Judicem i. e. suae sententiae *ἰδιογνώμονα* & ideo sui pe-
 riculi, quia ex periculo sententiae recitabantur. *Ammiani Marcellini*
 sensus est: ne quidem eum qui in re sua & causa iudicaturus esset,
 cujusque in causa verteretur, triste illud facinus excusare pos-
 se; ita periculum esset idem quod meritum *Ovidio de Ponto lib. 3 ep.*
6. Huic ego, qui patior, nil possem demere poena, Si iudex meriti cog-
erit esse mei. Sed malè hæc nominis ratio redditur, quod videlicet ex
 sententia semper aliquis periclitetur, aut Reus aut Judex si malè da-
 mnavit, cum periculum nihil aliud sit quam cuiusque rei *πείρα* ex-
 perimentum, tentamen, specimen, formatio, & Protocolion Senten-
 tia non ad memoriam ut voluit *Alciat. Dispunct. 21.* Sed ad iudicium
 certius formandum, adq; sententiam probè concipiendam. Unde
periculum facere est quid prius *tentare*, ne per errorem porro fiat. Hoc
 est illud quod dicitur *l. 2. C. h. t.* Sententias non subitas sed deliberatio-
 ne habita post negotium ponderatas sibi anteformare & emendatas
 statim in libellum securâ fidelitate conferre, Iudices debere scriptasq;
 ex libello *partibus legere.* Causâ per Appellationem ad Superiorem Ju-
 dicem

dicem devolutâ. Judex *Secundæ instantiæ* pari modo respiciet primum *formalia* an Appellatio admitti queat? an vero in interpositione introductione vel prosecutione aliquod vitium lateat? quod si in *formalibus* nihil desideratur *materialia* expendet, quod qualevè illud negotium quod in iudicium deductum est, & nùm iniquitas vel error in sententia à quâ reperiatur *Mynsing. cent. 5. o. 91. n. 2.*

X. Res iudicata dicitur quæ sententia Iudicis decisa est quâ quis vel condemnatur vel absolvitur *l. 1. π. & βασιλ. d. Re jud.* Iudicati Actio in Dominum datur, non in Procuratorem: nisi se liti obtulit, vel in rem suam procurator factus sit. Tutor Curator Actor Civitatis iudicati Actione non tenentur *l. 4. §. 1. π. & βασιλ. eod.* Si ex conventionem ei qui vicit cautum sit, vel pignora aut Fidejussores acceperit, non cessat executio, idem est, licet condemnatus procuratorem habuerit *l. 4. §. 2. π. & βασιλ.* Res iudicata prætextu erroris calculi retractari nequit, nisi ipse error fuerit expressus in sententia *l. 1. §. 1. Qu. sent. sin. app.* tum enim Sententia semet ipsam refutat, valet tamen usque ad eam quantitatem in quâ nullus error commissus est *arg. l. 34. C. d. Don.* Ita sententia etiam nulla si alius error conspicuus in eâ sententia expressus, vel si lata ex causa expressa scil. quæ manifesto falsa est, si sit unica vel si sententia se referat ad acta quæ nulla sunt, vel in quibus error expressus *Tiraq. post. L. Connub. Gl. 7. n. 184.* Rescriptis rem iudicatam retractari vetat *Constantinus* his verbis: *Impetrata Rescripta non placet adduci, si decise semel causæ fuerint iudiciali sententia, quam provocatio nulla suspendit: sed eos qui tale Rescriptum meruerint etiam limine iudiciorum expelli l. 1. C. Th. d. Re. jud. l. ult. C. d. Sent. resc. non poss.* Confirmat hoc Jus Prut. Prov. *L. 1. T. 47. A. 2. § 1.* verbis: *Sintemahl die ganze Justiz darauf beruhet/die mandatis & inhibitionibus nicht gehemmet werden mag.* Obtentu instrumentorum noviter repertorum sententia rescindi nequit *l. 35. π. d. Re jud. arg. l. sub pretextu 19. d. Trans.* Excipitur 1. Causa publica *d. l. 35. id est* causa Fiscus vel Civitatis *l. 16. & seq. π. d. V. S. & Ecclesiæ arg. l. 1. §. 2. d. j. & f.* 2. Nisi fraus Adversarii arguatur *arg. d. l. 19.* vel si alter subtraxerit 3. Si Sententia ex iuramento suppletorio atq; sic probatione privilegiata lata sit *l. admonendi π. d. Jurej.* 4. Causæ matrimoniales & Criminales 5. Si instrumentum contineat nullitatem sententiæ *l. 1. C. Sent. resc. non poss. Brunnem. ad l. 4. C. Just. d. Re jud.*

•••••

Kc 3004

ULB Halle
003 757 714


3



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?

von 125





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

N. J.
 TIO XXV.
 TARUM
 SIUM
 RTI & CON-
 VERSI
 tem, litig. & d. Offic.
 C. Just. Theod. βασιλικ.
 ondentibus.
 uam
 S I D E
 E CHRISTO-
 O Volk /
 t P. Secund.
 NUS DIETERICI,
 viâ Sileſius.
 N D E N S
 defendet
 RIO MAJORI
 C. LXXXII.
 MONTI,
 USNERIANO.

